Karmanowsky Contumax.

Nobilis Joannes Rychlowsky, famulus Gnosi Joannes Ziemacky, una cum eius dni sui (in quantum de iure opus fuerit) assisten. Actor. Nobilem Theophilum Karmanowsky tanquam impossessionatum, citatione brali Capitaneali Castren. Lublinen. citatum; Ideo. Quia ipse actori codices p[re]dicti Domini sui, ab eodem actore sibi mutuo in vim restitutionis datos, unum librum videlicet de herbis et medicamentis conscriptum alias Herbarz Zielny, valoris decem florenorum, Alterum vero editionis olim Drihe Doctoris etiam de medicamentis, valoris Decem florenorum; Tertium vero Cathechismum Polonico Idiomate conscriptum, valoris Duodecim florenorum. Quartum Biblia Latino Idiomate editum, valoris viginti florenorum, prout promisit, pollicitusque est, non reddidit, nec huc usque ad requisitionem actoris, multoties monitus, restituere curat: Citatione ipsa Taxa Ducentarum Marcarum peccuniae communis et totius damni in se continen. de promissisque omnibus latiore. Per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zalesky, iuridice ad Judicium praesentis Capitale Castren. Lublinen. quatuor vicibus ultra iuris communis formam: Ad instantiam suprascripti actoris vocatum et non comparen. in termino primo in poena contumaciae admitten. Judicio praesenti, iudicium condemnavit.

Szamotulsky Lucrum.

Generosus Dobrogostius Szamotulsky Generosi olim Joannis Szamotulsky filius, una cum assisten. (in quantum opus fuerit) infrascriptorum Curatorum, Actor. Generosum Nicolaum Niemorowsky, in Krzesimow moram geren. tanquam impossessionatum citatione brali Capitali Castren. Lublinen. citatum per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zalesky, iuridice ad Judicium praesentis Capitale Castren. Lublinen. quatuor vicibus ultra iuris communis formam; Ad instantiam suprascripti actoris vocatum et non comparen. In termino hodierno peremptorio in diem praesentem ex eadem citatione legitime inciden. et provenien. in toto suo lucro pro toto ex admissione Judicii praesentis, Judicialiter condemnavit, iuxta suam citationem tenoris talis:
Joannes Firley a Dambrowica Capitaneus etc. Lublinen. Tibi Generoso Nicolao Niemorowsky in Krzesimow moram gerenti, quoniam de possessione tua nil constat, tanquam impossessionato, de persona tua ac rebus mobilibus vigore Regio et nostra Capitaneali authoritate, mandamus, ut coram Judicio nostro Capitaneali Castren.

Lublinen.

Lublinen in Terminis Judicialibus in Castro Lublinen feria secunda post fe:
stum Sancti Andreae Apostoli proxe ventura celebrans vel in defectu eorundem
qui prius post praefixum tempus celebrabuntur. Ad instantiam Gnosi Dobro-
gosti Gnosi olim Joannis Szamotulsky filii, personaliter peremptorieque compareas.
Qui te uti annos discretionis habens, et in quantum negocium hoc as-
sistentiam curatorum ipsi speciali Privilegio a Sacra Regia Maiestate dattis
desideraret; Illustrium vero ac Magnificorum Gabrielis a Tenczyn Co-
mitis Pallatini Lublinensis, Joannis ab Ostrorog Comitis Pallatini Posna-
niensis, Joannis Firley a Dambrowica Capitanei Lublinensis, citat secundo
prout te in Termino primo in Terminis Judicialibus Castrensibus Lublinensibus proxe
praeteritis in poena contumaciae, admittendam Judicio eorum Judicialiter ac officiose
condemnavit, iuxta suam cittationem primam, qua te cittaverat et nunc citat uti
successor legitimus Gnosae olim Zophiae de Dambrowica Szamotulska a-
viae suae pro eo. Quia tu summam Centum florenorum peccuniae monetae et numeri
polonicalis per te iuxta recognitionem manu tua propria subscriptam et sigillo
obsignatam suprascriptae olim aviae suae modo debiti tentae: pro die et festo
solenni Paschatis in anno praesenti per te sibi solvi assecuratam, eamque ipsi
actori uti eius legitimo successori persolvere non vis, nec curas, in hactenus,
faciens praemissa in grave praeiudicium damnum ac iniuriam actoris. Quod
sibi contra te pensat Ducentis florenorum peccuniae polonicalis, vel prout Judicium
decernet, tibique in termino adveniendo copiosius enarrabitur, sis ad praemissa
iudicialiter responsurus, summamque praedictam ipsi actori uti legitimo successori per-
soluturus. Datum in Castro Lublinen feria secunda post festum Sanctae
Hedvigis Electae proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo unde-
cimo. Patet poena XV alias Trium Marcarum peccuniae parti et Judicio totiens.

Super Dzierzek Lucrum Scrutinij.

Nobilis Joannes Wronowsky in Trzinnik haeres, Actor, Nobilem Mar-
tinum Dzierzek ibidem sortis suae haeredem. Citatione verbali Capitali Castrensi Lubli-
nensi cittum per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zalesky
iuridice ad Judicium praesentis Capitaneale Castrense Lublinense, quotiens vicibus ul-
tra veris communis forma, Ad instantiam suprascripti actoris, vocatum et non comparentem,

In termino